HAIMO ALTISSIODORENSIS
12. Jh.
Seite 75v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

vera sunt. Alius enim uiridi coloris. et tinctus quasi floribus apparet. Alius smaragdi habens similitudinem sed crassi coloris. quo omnia fantasmata fugari autumant. Alius nimi et spume fluctuum quasi mixto obrutilans. Iaspidem quoque fidei uiror immarcescibilis indicatur: que dominice passionis sacramento pundi baptismatis imbuitur: atque ad omnis spiritualium gratiarum florem pficientibus meritis instruitur: Hanc enim qui habuerit uanos timores fugat. monente petro apostolo. Aduersarius uester diabolus tamquam leo rugiens. circuit querens quem deuoret. cui resistite fortes in fide. Sedis saphyrus. hui lapidis colorem partem et sacramentum moysesi exposuit. cum di habitum describens diceret. sub pedibus eius quasi opus lapidis saphyri. et quasi celum cum serenum erit. Ezechiel quoque dicit. qd locus in quo thronus di sit. saphyri habeat similitudinem. et gladium in hoc colore consistat. pfigurat autem cum q portat imaginem celestem. et cum aplo potest dicere: Hrā aut conuersatio in celis est. Tertius calcedonius. Calcedonius quasi ignis lucerne pallentis speciem retinet. et habet fulgorem sub diuo. in domo. Quo demonstrant hi q celesti desiderio sub niti homines tem latent. et quasi in abscondito ieiunium. elemosinam pcesque suas agunt. Sed cum t doctrine t alius secum usibus in seruituri adpublicum pcedere iubent. mox qd fulgoris intus gesserint ostendunt. De q uno dicit. Ille erat lucerna ardens et lucens. Ardens uidelicet amore. lucens sermone: Quartus smaragdus. qui minime uiriditatis est. adonis herbas uirentes frondesque ut gemmas etiam superet omnis. inficiens uiriditate repercussum aerem: cui genera plurima sunt. sed nobiliores sithici. Sed in locum tenent bactriam. tertium egypciaci. Significat autem animas semp fide uirentes. que quo magis aduersitate seli quam frigora sebythine de signant adtemptantur: eo amplius hereditatem immarcescibilem eternam conseruatam in celis. et mente concipere sperando. et in parimos satagunt spargere pdicando. Quintus sardonix. hic exomice candorem. ex sardio rubore habens. ab utroque sardonici nomen accepit. Sunt autem genera ei plurima. Alius enim terre rubre similitudinem tenet. alius quasi phumanam unguem sanguis emittat. bicolor apparet. Alius tribus coloribus subtrius nigro medio candido. superius mineo consistit. Cui coparantur homines corporis passioni rubicundi. spe puritate candidi. sed mente sibimet humilitate despecti. Sextus sardius. q ex integro sanguinei coloris est. et martyrum glam significat. de qua dicit. Preciosa in conspectu dni. mors sctorum ei. Alterum sexto loco compositus. cum dnis nr sexta sedi etate incarnatus. et sexta feria fit protinus mundi salute crucifixus. Septimus chrisolitus. lapis quasi aurum fulget. scintillas habens ardentes. cui specie figuramur hi q intellectu supne uereque sapientie fulgentes. uerba exhortationis in parimos. t etiam